

v

PROLEGOMENA  
IN PRIMUM TOMUM OPERUM GRÆCORUM  
SANCTI EPHRAEM SYRI.



Quum Prolegomena in hunc primum Operum Græco-Latinorum Sancti Patris Ephraem Syri Tomum animo delibavimus, ea pariter meo nobis fuit, ut quaecumque ad hoc argumentum conducere visa sunt, brevi verborum complexu decem hisce Capitibus

exhiberemus.

Primo igitur de iis agemus, qui res gesta: Sancti Doctoris scriptis tradidere, vel ejus encomiam, aut lucubrationum mentionem sive catalogum texere.

II. De Latinis antiquis versionibus & Græco elaboratis, tum manu exaratis, cum impressis.

III. De editione Ambrosii Camaldulensis.

IV. De editione Zini Canonici Veronensis.

V. De editionibus Julii Clementis, Aloysii Lipomani, Laurentii Surii, Bollandianorum Sociorum, Claudii Chantelou, Francisci Combesii, & Balthazaris Corderii.

VI. De editionibus & Syriaco Latinis Guidonis Fabricii Boderiani, Gerardi Vossii, Joannis Card. Bonæ, & Abrahami Echellensis.

VII. De Latina editione Gerardi Vossii.

VIII. De editionibus Græco-Latinis Jacobi Grefseri, Bollandianorum Sociorum, Joannis Baptistæ Cotelerii, Balthazaris Corderii, & Patricii Junii.

IX. De Græca editione Oxoniensi.

X. De Græcis manuscriptis, quæ exstant in Bibliothecis.

CAPUT I.

*De Græcis & Latinis Vitæ Sancti Ephraem Syri Scriptoribus:*

Deque iis, qui ejusdem encomium, aut lucubrationum mentionem sive catalogum texere.

**R**es gestas Sancti Ephraem Syri, ex antiquis quidem scribere, I. S. Gregorius Nyssenus in *Encomio*, Parisiis 1615, pag. 1027. II. Simeon *Metaphrastes*, apud Lipomanum & Surium die 1. Februarii. III. *Anonymus* in utraque Vita, fusiore scilicet, ac brevior, apud Vossium Tom. I, pag. XIII. & in Cod. Græco ms. Vaticano 439, pag. 1. IV. *Amphilochius*, seu quisquis est auctor *Vitæ Sancti Basilii Magni*, Parisiis 1644, pag. 202. V. *Palladius in Historia Lausiaca*, ex Cod. Græco Palatino Vaticano 41, pag. 149. & in *Vitis Patrum per Rosveidum Antuerpiæ* 1615. VI. *Collector Apophthegmatum Patrum*, apud Cotelerium in *Ecclesiæ Græcæ Monumentis* Tom. 1, pag. 431. Parisiis 1677. VII. *Sozomenus in historia Ecclesiastica* lib. 3, cap. 16. Moguntia 1678, p. 525. & lib. 3, cap. 14, pag. 520. VIII. *Theodoretus in Hist. Eccles.* lib. 2, cap. 30. & lib. 4, cap. 29. Moguntia 1679, pag. 118. & 192. IX. *Nicephorus Callisti Xanthopulus* lib. 9, cap. 14. & 16. Parisiis 1630. X. *Menologium utrumque Græcorum*, commune scilicet edit. Venetiis 1612. & Basilianum Urbini 1727, ad diem 28. Januarii. XI. *Martyrologium Romanum* die 1. Febr. 16. Martii, & 9. Junii. XII. *Ephraem* ipse in suis scriptis, ac præsertim in *Confessione*, quæ incipit, *Cum in multis, fratres dilectissimi, prodesse vobis videar*: & in *Testamento*, cujus initium, *Ego Ephraem morior*, apud Vossium Tom. 2, pag. 99. & 289.

Ex recentioribus vero, alii in *Historia Ecclesiastica* seu *Annalibus* præclara quaedam illius facta, persecuti sunt, ut *Baronius*, *Beovius*, *Pagius*, *Calsifus*, *Bafnagius* &c. Alii in *Lexicis* historicis honorificam ejus mentionem faciunt, ut *Morerius*, & *Hofmannus*. Alii deni-

que singularem de ipso Tractatum instituerunt sive inter Scriptores Ecclesiasticos, sive inter Sanctorum Vitas a se collectas, seu in Praefationibus ad ejus opera in publicam lucem Latine edita: cujusmodi sunt antiqui recentisque auctores, I. S. Hieronymus cap. 115, de viris illustribus. II. *Gennadius* de Script. Eccles. cap. 3, 66. & 74. III. *Honorius* ex S. Hieronymo cap. 116. & ex *Gennadio* cap. 3, 65. & 73. IV. *Vincentius Bellocensis* in *Speculo Historiali* lib. 14, cap. 87, quem S. Antoninus *Chronicorum* Par. 2, Tit. 10, cap. 4, excerptit. V. *Joannes Trithemius* Abbas Spanhemensis de *Scriptoribus Ecclesiasticis*, Coloniae an. 1521. VI. *Sixtus Senensis* in *Bibliotheca Sancta* lib. 4, pag. 423. Venet. 1575. VII. *Ambrosius Camaldulensis* in *Epistola ad Cosmum Medicem*, Florentiae 1481, pag. 1. VIII. *Conradus Gesnerus*, & *Joannes Jacobus Frisus* in *Biblioth. Universali*, Tiguri 1545, pag. 220. & 1583, pag. 215. IX. *Centuriatores Magdeburgenses* *Centuria* 4, cap. 10. Basileæ 1560. XI. *Petrus Franciscus Zinus* Canonici Veronensis in *Epistolis ad Hieronymum Trivifanum*, & ad *Augustinum Valerium Veronæ* Episcopos, Venet. 1574. XII. *Aloysius Lipomanus* in *Vitis Sanctorum*, Tom. 8. Romæ 1560. XII. *Simeon ex Capua Camaldulensis*, in agro Paravino 1585. XIII. *Gerardus Vossius* in *Praefationibus & Notis ad tres Tomos Operum Sancti Ephraem*, Romæ 1589, 93. & 98. XIV. *Robertus Cardinalis Bellarminus*, & *Philippus Labbeus* in *Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum*, Paris. 1660. XV. *Antonius Possesinus* in *Apparatu Sacro*, Venet. 1606, pag. 439. XVI. *Gerardus Joannes Vossius* de *Historicis Græcis* lib. 2, cap. 18. Amstelodami 1699. Tom. 4, pag. 134. XVII. *Aubertus*